

videlicet sacerdotis atque abbatis Willelmi, prout divina pietas largiri dignata fuerit, posteris mandare studuerimus. Plura siquidem a nobis visa, pluriora ^{f)} tamen a veracissimis relatoribus comperta, huius narrationis informabunt seriem. Iccirco communem fidelium virtutigenam ^{g)} obsecramus caritatem, ne simplex contemptui habeatur sermo, neve pro vili canistro purę respuatur similaginis offa, cuius si prudenti manu exercitaretur materia, omnem valeret excludere inopiam ac ^{h)} sospitatem conferre perennem. Explicit Prologus.

Incipit vita domni Willelmi abbatis primi Fiscannensis ⁱ⁾.

(cap. 2) Vir igitur religiosus domnus Willelmus, quem pius dominus ecclesię suę filiis pastorem ac iuris suę legis propagatorem constituit, natione quidem Italus, avus tamen eius Vibo ^{k)} nomine militari industria clarus gente Suevus fuit. Qui scilicet ob inimicitiarum ultionem nativam relinquens provinciam perrexit habitaturus Italiam ibique copiose locupletatus opum gratia feliciter deguit. Hic ergo extitit genitor Rotberti ^{l)}, qui accipiens sibi uxorem ex Langobardorum ^{m)} nobilioribus nomine Perinzam, quę foecunda ⁿ⁾ prole filiorum genuit ei ^{o)} etiam prę cunctis optabilem Willelmum ¹⁾. Contigit nanque sub ipso tempore illius nativitatis Beringario ^{p)} Langobardorum ^{q)} rege defuncto, ut Otto imperatorum maximus hostili manu omnem sibi subiugandam peteret Italiam. Qui comperiens predicti Beringarii ^{r)} uxorem in quoddam castrum, situm in lacu urbis Noverię ^{s)}, fecisse confugium atque cum ea viros, quorum conspiratio rebellis foret eidem imperatori. Ad quod ^{t)} ilico ^{u)} divertens ^{v)} cinxit illud ferocis obsidione exercitus. Erat enim prędictus Rotbertus ^{w)} in eodem castro cum propria uxore et liberis, cui etiam quique ^{x)} illorum cum sua domina curam atque tutelam commiserant sui. Cunque diutius ab utrisque ^{y)} partibus acerrime decertatum fuisset, cernens

f) plurima *BM*

g) virtutigenum *B*

h) & *RBM*

i) Explicit — Fiscannensis] *fehlt RB*,
Incipit Vita *M*

k) *RBM*, VLBO *F*, Vido *Me*

l) Roberti *RB*

m) Longobardorum *Me RBM*

n) quę foecunda] foecundam *R*

o) *fehlt R*

p) Berengario *RBM*

q) Longobardorum *RBM*

r) *wie p)*

s) Noutiae *B*, Novariae *M*

t) eos *R*

u) *ü. d. Z. in F*

v) deuertens *B*

w) *wie l)*

x) quinque *B*

y) utriusque *B*

1) Zur Herkunft Wilhelms s. B u l s t (wie S. 451 Anm. 4) S. 22 ff.